

Visual Library Portal


Digitalisierung von Drucken des 18. Jahrhunderts


Disputationem Circularem De C. Fannio

Moller, Daniel Wilhelm

Noribergae, 1725

urn:nbn:de:s2w-3220






DISPUTATIONEM
CIRCVLAREM
De
C. FANNIO,
SVB PRÆSIDIO
DAN. GVIL. MOLLERI,
HISTOR. ET METAPHYS. PROF. PUBL.
PLENIORUM ILLIUS COGNITIONEM EXPE-
TENTIBUS PROPONIT

IUSTVS JACOBVS MAYR,
Norimberg.

Altdorf. d. 2. Decembr. An. 1693.

H. L. Q. C.

DENUO RECUSA.



NORIBERGÆ ET ALTDORFII
Apud HÆREDES JOH. DAN. TAUBERI, M. DCC. XXV.



S. I.

C *Fannius*, Historicus Latinus, in terrarum illa domina olim & principe eruditionis *Italia*, primum vitæ suæ spiritum hausit, *Patre Marco Fannio*, ex gente Romanorum *Fannia* Plebeja quidem sed Consulari, oriundo; *Matre* autem, neque familiæ, neque nominis, neque loci indicio ab Autore ullo expressa. *Fanniorum* tamen gens uti apud Romanos quam maxime floruit, ita speciatim nomen eorum, cum propter Eloquentiam, tum propter res gestas alias laude & commendatione dignas, emicuit.

II.

Quo præcipue seculo *Fannius* in hanc lucem susceptus sit, utut à nullo, quod sciam, Historicorum annotatum est, seculo tamen secundo ante natum adhuc Christum, natalem ejus adscribi posse, saltem illud evicerit, quod Anno post Urbem conditam DCXIV. h. e. ante C. N. 137. Quæsturæ munere eum functum fuisse constat, quod ipsum uti nemo ante XXVII. annum petere audebat, ita multo minus gerere poterat. Quin igitur παρόραμα sit, *Fannium A. V. C. 514. floruisse* asserentium, nullus dubito.

III.

An per unicam lit. (n) an per gemias (nn) vox *Fannii* recte scribatur, vel ideo quæri posse error, quod apud *Ciceronem* in *Bruto*, quibusdam in exemplaribus typo excusis, præsertim in *Londinensi* illo de Anno 1681. juxta exemplar *Hamburgense* impresso, eadem una quoque litera expressa invenitur. Equidem differi non possum, apud Antiquos, seculo præsertim tertio, quarto, quinto & sexto, liquidas consonantes raro geminatas fuisse, quemadmodum & *Quintilianus*, alique veteres annotarunt, sed enim in sequenti, & hodierno maxime tempore, earundem geminationem usû invaluisse, nemo credo negare facile audebit.

IV. Præ-

IV.

Prenomen Caii litera C. majuscula, puncto ad imum sui cuspidem signatâ h. l. indicari, uti notissimum esse reor, ita pluribus id ipsum tum Familiis, tum Scriptoribus Romanis præfixum fuisse, in propatulo est. Aliàs vero, in locum literæ C. literam G. quoq; in hac voce Veteres quosdam Autores substituisse, atq; pro *Cajo*, usos fuisse *Gajo*, Autor nos docuerit Epitomes de Nominum ratione, Valerio Max. plerumq; ad calcem adjici solitæ.

V.

Nomen gentilitium extra controversiam est *Fannius*, quippe quod Gens hoc nomine apud Romanos insignita satis ostendit: unde autem ratio appellationis hujus arcessenda sit, Scriptoribus tacentibus, certo sciri nequit, si tamen conjecturâ in eam duci, cuiuspiam arrideret, nescio annon occasionem eidem præbere posset, tum oppidorum quorundam in Italia nomine *Fani* radiantium, tum *fluvii Fanei* juxta Beneventum labentis, consideratio.

VI.

An *Cognomen* aliquod qualeque id Autor noster habuerit, dici nequit; differentiæ certe causâ plerumq; gener *Lælii* vocatus est: *Cognomina* tamen in Gente *Fannia*, *Strabonis*, *Sertoriani*, *Chæree*, *Cæpionis*, *Restituti* & *Saturnini* reperiri, monumenta veterum clare ostendunt. Taceo nomen ipsum *Fannii* nonnunquam in cognomeu abivisse, uti ex familia *Remiorum* apparet in qua unum *Remium Fannii* cognomine præditum fuisse constat.

VII.

Plures *Fannii* nomine conspicuos historia antiquiorum temporum nobis exhibet; quos plerosq; heic adductos legere non credo fuerit tædiosum: Nimirum I. C. *Fannius*, Tribunus plebis A. V. C. 567. qui, cum ex rogatione *Petiliana* iudicium factum esset adversus L. *Scipionem Asiaticum* de pecunia in publicum non relata, ex sua collegarumq; aliorum, præter *Gracchum*, sententia pronunciavit; Prætori non intercedere Tribunos, quominus in *Scipionem*, quem duci in carcerem ille jubebat, sua potestate uteretur, vid. *Liv. l. 38. cap. ult. II. C. Fannius Strabo*, qui

Consulatum A. V. C. 593. cum M. Val. Messala gessit; illius temporibus factum est SC. de moderandis sumtibus, quo iubentur, ut scribit *Gellius N. A. l. 2. c. 24.* principes civitatis, qui ludis Megarensibus antiquo ritu mutitarent, h. e. mutua inter sese convivia agitarent, jurare apud Consules verbis conceptis, non amplius in singulas coenas sumtus esse facturos, quam centenos vicenosq; æris, præter olus & far & vinum, neq; vino alienigeno, sed patrio usuros, neq; argenti in convivio plus quam libras centum illaturos. Meminit hujus sanctionis & *Plinius l. 10. c. 50.* his verbis: *Gallinas saginare Deliaci cœperunt, unde Pestis ex orta optimas aves & suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis coenarum interditi exceptum invenio jam Lege C. Fannii Cos. XI. annis ante tertium bellum Punic. ne quid volucrum poneretur, præter unam gallinam, quæ non esset alti lis: quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulavit, &c.* Eisdem Cos. M. Pomponio consulente Senatam de Rhetoribus & Philosophis, decretum est, ut curaret Prætor, si ei è Repub. videretur, in Italia ne essent, vid. *Gell. N. A. l. 15. c. 11.* & *Sueton. in de clar. Rhetor. III. M. Fannius C.* frater fuit, ex quibus *Patruales nati duo*, quorum uterq; Caji prænomen habuit. vid. *Glandorp. Onomast. Rom. col. 333. IV. C. Fannius C. filius, C. nepos, Strabo, qui tribunus & Consul fuit; de eo Cic. in Bruto: Horum ætatibus, ait, adjuncti duo C. Fannii, C. & M. filii fuerunt: quorum C. filius, qui Cos. cum Domitio fuit, unam Orationem de Sociis, & nomine Latino, contra Gracchum reliquit; sane & bonam, & nobilem. Tum Atticus, quid ergo? estne ista Fannii? nam varia opinio pueris nobis erat: alii a C. Persio, literato homine, scriptam esse ajebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius: alii multos nobiles, quod quisq; potuisset, in illam orationem contulisse. Tum ego, audiui equidem ista, inquam, de majoribus natu, sed nunquam sum adductus, ut crederem: eamq; suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod Fannius in mediocribus Oratoribus habitus esset: oratio autem vel optima esset illo quidem tempore Orationum omnium. Sed nec ejusmodi est, ut à pluribus confusa videatur: unus enim sonus est totius Ora.*

Orationis, & idem stylus: nec de Persio reticuisse Gracchus, cum & Fannius de Menelao Maratheno, & de ceteris objecisset, præsertim cum Fannius nunquam sit habitus elinguis: nam & causas defensitavit, & Tribunatus ejus, arbitrio & autoritate P. Africani gestus, non obscurus fuit. Idem Cic. loc. cit. exiguam, scil. eloquentiam, in Fanio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse. Quemadmodum autem Fannius iste Tribunatum ex arbitrio & autoritate P. Africani gessit, ita Consulatu quoque fructus est cum Cn. Domitio Ænobarbo A. V. C. 631. quem honorem, Gracchi suffragio & favore consecutus erat, prælatus Opimio, ceu scribit *Plutarch. in Gracchis.* Ab hoc eodem Fannio latam arbitratur *Legem Fanniam Glandorp. loc. cit.* quam plane diversam à superiori illo SC. & ipso posteriorem, manifeste ostendit *A. Gellius*, qui Iudis Rom. item Iudis plebejis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus, in singulos dies centenos æris insumi, aliisque diebus decem, in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus omnibus denos impendi, hac lege concessum tradit. Unde *Lucilius* in eam jocularus, *Fannii centusses misellos* vocat. *Macrobius* & eomplures illum secuti, SC. illud & Legem Fanniam commiscunt. Sed plerique hodie Autores diligentia & autoritati *Gellianæ* adstipulari malunt. V. C. *Fannius, M. F. gener C. Lælii Sipientis*, Autor de quo hæc disput. agit. VI. *M. Fannius C. F. Prætor A. V. C. 673.* quo Anno *Cicero* Sex. Roscium, parricidii reum, defendit; de quo idem *Cic. in Orat. pro Sex. Rosc. Amerino*: Te quoque magnopere, *M. Fanni*, quaeso, ut, qualem te jam antea populo Romano præbueris, cum huic idem quaestioni iudex præesses, talem te & nobis, & populo Romano hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc iudicium, vides: quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, ut acria ac severa iudicia fiant, intelligis, &c. VII. *L. Fannius, Sertorianus*, qui *Mithridati* fuerat societatem Sertorii, eoque negotio confecto, eidem, belli contra Romanos terra marique redintegrandi auctor fuit, vid. *Appian. in Mithridatic. VIII. C. Fannius*, frater germanus *Q. Titinnii*, *Ciceroni* in *Verrinis* commemoratus.

IX. *C. Fannius* C.F. qui occubuit in bello Pompejano: de eo *Cic. ad Attic. lib. II. de Fannio consoler te? perniciose loquebatur, &c.* Hujus filius inter honoratissimos Sex. Pompeji, relicto illo, transivit ad Antonium. **X.** *C. Fannius Chærea*, vir improbus & accusator L. Roscii Comædi, quem Cicero defendens, idcirco Fannium capite & superciliis semper esse rasis dixit, ne ullum viri boni pilum habere videatur. Adjicit, Roscium, cum Ballionem illum improbissimum & perjurissimum leonem agat, Chæream agere, quod persona illa lutulenta, impura, invisa, in illius moribus, natura, vitaque expressa foret. **XI.** *Fannius Cæpio*, qui ob conjurationem in Augustum à Tiberio accusatus & condemnatus est. *Macrobius Saturn. l. I.* refert, mox à damnatione à servo in cista ad Tiberim delatum, pervectumque Hostiam, in agrum Laurentem ad villam Patris nocturno itinere perductum: Cumis deinde naufragio unà expulsus, dominum Neapoli dissimulanter occuluisse, ipsum exceptum à Centurione, nec pretio nec minis, ut dominum proderet, adduci potuisse. **XII.** *Fannius*, Poëta loquacissimus, cui tamen Senatus populusque Romanus non petenti, sed sponte detulit capsas, quibus libri ejus in Augusti bibliotheca conservarentur, & imaginem in æde Apollinis & Musarum collocandam. De quo *Horat. Satyr. lib. I. Sat. 4.* -- *beatus Fannius, ultro delatis capsis & imagine: -- conf. Sat. 10.* ubi *ineptus* vocatur. **XIII.** *C. Fannius* homo elegans & disertus, complexus est exitus occisorum & relegatorum sub Nerone, cujus Operis tres libros tantum absolvit, morte præventus: plura de illo *Plinius in Epistolis lib. 5. ad Maxim.* **XIV.** *Q. Fannius Restitutus*, refertur ut hæres P. Barbii, Inscriptionum antiquarum pag. 251. **XV.** *Fannius* quibusdam idem cum Restituto, cum hostem fugeret, se ipsum interemit, in quem sic iussit *Martialis lib. 2.*

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit,

Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori?

XVI. *Fannius Saturninus*, violator Filiae Pontii Aufidiani, refertur à *Valer. Max. lib. 6. c. 1.* etsi apud illum *Fannius Saturninus* legitur, sed

sed mendose, uti plurimum Eruditorum est opinio. XVII. C. Fannio
C. L. Felici Patrono C. Fannius C. L. Acutus C. Fannia C. L. ex-
tat Patavii citante Scardeonio.

VIII.

Nonnunquam *Fannius*, ceu dictum, cognominis vicem susti-
net: Sic in *Familia Remiorum* aliquis memoratur *Remius Fannius*,
Grammaticus & Poëta haud vulgaris, imperante Constantino
M. florens, Arnobiique discipulus, is librum scripsit de Meidci-
nalibus carmine ad Lactantium Firmianum. Ejusdem videtur
esse liber, carminum metro structus, de Ponderibus & Mensu-
ris: Eidem quoque tribuitur interpretatio Dionysii de situ Or-
bis, quæ Prisciani nomine vulgo circumfertur, conf. *Voss. de Poët.*
Lat. p. 54.

IX.

Præter Viros etiam Fœminas *Fannii* nomen in terminatione
sibi convenienti gessisse, non credo heic esse silentio involven-
dum. Erat nempe *Fannia* quædam *Thraseæ Pæti* & *Arriæ F.* con-
jux *Helvidii*, bis maritum in exilium secuta, tertio ipsa propter
maritum relegata, laudatur prolixè à *Plinio epist. 7. ad Priscum, &*
3. ad Nepotem. Glandorpius in Onomast. Rom. col. 335. opinatur, &
Thraseam Fannia gentis fuisse, cum præsertim filiam *Fanniam* ap-
pellarit. De ea præclare *Tacitus, Dion, Arrianus, & Plutarchus*
in libello *πολιτικῶν παρεγγελημάτων*. Deinde *Fannia* aliqua fuit *Min-*
turnensis, judicata à *Mario* impudica; hostem illum pronuncia-
tum à S. P. Q. R. & in suam custodiam deductum, ope, quanta-
cundq; potuit, adiecit, vid. *Valer. Max. l. 1. c. 5. l. 8. c. 2. & Plutarch.*
in Mario.

X.

Aliqui etiam *Fannium* quendam *Palemonem* fuisse ajunt, Gram-
maticum tempore *Claudii Imp.* florentem: Sed præterquam
quod in recentissimis & castigatissimis *Suetonii* editionibus, non
tam *Fannii*, quam *Remmii Palemonis* nomen in cap. 23. de *illust.*
Grammat. occurrit, profecto in veteri etiam monumento *Rem-*
mii

mii vocem extare, *Achilles Staius* in edit. Sueton. Græviana pag. 774. jam dudum monuit.

XI.

Si non *conjugata*, maxime tamen *affinia* & *convenientia* cum Autoris nostri nomine, & propterea cum eodem minime confundenda dixeris, nomina seqq. (1) Jo. Chryfipp. *Fanianus*, qui tractavit de arte metamorphoseos metallicæ, (2) *Job. Fanensis*, qui contra Lutherum scripsit, & A. 1539. mortuus est. (3) Jo. Marius *Fannianus*, qui de bello Arriano sex libros A. 1604. Mediolani edidit. (4) Guido *Fanoisius*, qui de bove epidemio A. 1669. tractavit. (5) *Fana*, virgo Gallica, Heraclio Imperante celebris, quæ cum ad nuptias cogeretur, in tantas prorupit lacrymas, ut inde cœcitatem contraxerit, (6) *Faneus*, fluv. juxta Beneventum, qui & *Siris* dicitur Vib. Sequest. (7) *Fania* silva, pars silvæ Carbonariæ, in Hannonia, ac Dioecesi cameracensi, non procul à municipio Melbodio ac fluv. Sabi, vulgo *Faigne*.

XII.

Cum peritia non minus rei militaris ac omnium artium studiis *Fannius* noster insigniter excultus fuerit, idcirco non tantum publicis admotus muneribus, iisdem egregie functus est, sed etiam in literis famam consecutus est haud mediocrem. Sane *Questura* is munus Cn. Calpurnio Pisone & M. Popillio Lænate Coss. A. V. C. 614. obiens, tantum laudis inde reportavit, ut triennio post ad *Præture* quoque dignitatem pervenerit. Sub *Scipione Æmiliano* militavit in Africa, atque sub Fabio Maximo Serviliano, in Hispania bello interfuit, uti autores sunt *Plutarchus in Gracchis*, & *Appianus in Ibericis*. Postquam enim *Fabius Cos.* in Hispania ulteriore vario eventu contra *Viriathum* A. V. C. 611. bellum gessit, tandem cum duabus legionibus novis & auxiliis socium ad 18. millia peditum, & equitibus mille sexcentis profectus in Hispaniam, acceptis item à *Micipsa Rege Numidarum* Elephantis decem, Equitibusque trecentis, *Viriathum* fortiter sæpius repulit. Semel tamen, tribus millibus suorum
in

in prælio amissis, intra castra compulsus, illa difficulter virtute C. Fanni M. F. qui gener C. Lælii fuit, servare potuit.

XIII.

Qui *Tribunum* quoque *plebis* Autorem nostrum fuisse volunt, verbis *Ciceronis* adducti id statuere videntur, utpote qui ad *Attic. lib. 16. ep. 13.* *In presentia, inquit, mihi velim scribas, quibus Coss., C. Fannius M. F. Tribunus pl. fuerit: videor mihi audisse, P. Africano, L. Mummius: id igitur quero: tu mihi de iis rebus, quæ novantur, omnia certa, clara.* Nimirum consulit Atticum suum h. l. Cicero, quibus Consulibus C. Fannius M. F. Tribunus plebis fuerit: Videor, inquit, mihi audisse, P. Africano, L. Mummius. Id igitur quero. Sic habent vulgati Codd. Corrigit autem ex MSto veteri doctissimus diligentissimusq; *Dionysius Lam- binus*, P. Africano, L. Mummius Censoribus, addita vocula *Cens.* quæ in vulgatis intercudit. Nec male. Non enim dubitat Cicero, quibus Censoribus Fannius Tribunus fuerat, hoc se audisse dicit: sed de ipso ejus Tribunatus anno, nempe quibus Consulibus, cum censuræ tempus octodecim mensium attingat duo Consulium paria. Quærit igitur, an Tribunus plebis Fannius hisce Consulibus L. Cæcilio, & Q. Fabio fuerit, quibus Censores Africanus & Mummius magistratum iniere; an sequentibus Cn. Cæpione & Q. Pompejo, quibus Lustrum condidere. Non probo igitur quorundam opinionem, ait *Vinand. Pighius Annal. Rom. ad Ann. Urb. 611.* qui ad sequentia respicientes, in exemplaribus pro (*Coss.*) corrigere (*Cens.*) & sic legere volunt: *In presentia mihi velim scribas, quibus Censor. C. Fannius M. F. Tribunus plebis fuerit: frustra namque rogaret jam audita Tullius, cum nominet ipse Censores, sed rogare quæ in istius Censuræ anno Tribunus plebis fuit.*

XIV.

In *Conjugio* Fannius noster vivens, an liberos aliquos habuerit, dici nequit, cum Socero tamen suo C. Lælio Sapiente non adeo concorditer eum vixisse, vel ex sequentibus *Ciceronis* verbis,

B

quæ

quæ in *Bruto* reperiri licet, dispalescere poterit: Alter *C. Fannius* *M. F. C. Lælii* gener, & moribus & ipso genere dicendi durior. Is foci instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat; non admodum diligebat, præsertim cum ille *Q. Scævola* sibi minorem natu generum prætulisset: cui tamen *Lælius* se excusans, non genero minori dixit se illud, sed majori filiae detulisse.

XV.

Scriptit *Fannius* iste præter *Historiam* etiam *Annales*: de *Historia* quidem *Cicero* in *Bruto*: *Ejus*, ait, omnis in dicendo facultas ex *Historia* ipsius non ineleganter scripta perspicitur. Idemque in *Bruto*: quare ἐπιτιμασθε me, ne si *Africanus* quidem fuit, (ut ait in *historia sua C. Fannius*) existimari velim. De *Annalibus* autem idem loc. cit. *Q. Metellus*, is, cujus quatuor filii consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, qui pro *L. Cottâ* dixit, accusante *Africano*, cujus & aliæ sunt orationes, & contra *T. Gracchum* exposita est in *C. Fanni annalibus*. *Cicero de Legib. lib. I.* Post *Annales Pontificum maximorum*, quibus nihil potest esse jucundius: si aut ad *Fabium*, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, *Catonem*, aut ad *Pisonem*, aut ad *Fannium*, aut ad *Vennonium* venias: Atque iterum is ipse *de Oratore lib. 2.* In hoc genere *Fannius* in *annalibus suis* *Africanum* hunc *Æmilianum* dicit fuisse, & eum græco verbo appellat, ἐπιτιμασθε. Ceterum qualis liber à *Fannio* ad *C. Oppium* scriptus sit, ignoratur. conf. §. 18. n. 8.

XVI.

Falli autem tum *Glandorpium*, in *Onomast. Rom.* tum eum secutos *Autores* alios arbitrator, quando *Historiam* & *Annales* pro unis iisdemque libris habent: licet enim utrumque nomen apud *Ciceronem* in *Bruto* occurrat, tamen non uno eodemque in contextu, ceu synonymum grammaticum, sed diversis in locis, ceu diversam tractandi methodum designans, id comparet. Ut taceam, inter *historiam* & *annales* haud leve interesse discrimen: *Historia* enim est eorum temporum, teste *Servio*, quæ vel videntur

tur, vel videre potuimus, *Annales* vero sunt eorum annorum, quos ætas nostra non novit: indeque Livium ex *Annalibus* & *Historia* constare observatum est. Quamquam in laxiore significatione vocabulum *Annalium* sumtum uti cuilibet historiæ applicari posse negare nolim, ita, quod Cicero utrumque in *Bruto* nomen habet, eadem æquipollere, haudquaquam asseruim.

XVII.

Circa quod argumentum *Historia* æque ac *Annales* Fannii defudarint, dictu est impossibile, partim, quod *Scripta* illa temporum injuria interierint, partim, quod ex fragmentis adhuc superstitibus paucissimis, iisque valde truncatis, hauriri nequeat. Credibile tamen est, vocum *Annalium* & *Historiæ* significatu accuratiore attentò: de rebus sua pariter ætate, ac superiori tempore gestis, in iisdem esse actum.

XVIII.

Fragmenta Fannii Antonius Riccobonus Rhodiginus colligere fategit, in libro quem de *Historia*, cum fragmentis *Historicorum Veterum Latinorum* magna fide & diligentia, *Basileæ in Officina Petri Perne A. 1579. in 8.* imprimi curavit, unde eadem, utpote perpauca, transcribere, operæ pretium esse duco. Nimirum (1) *C. Fannii fragmenta ex lib. 1. Annal. Cum in vita agenda didicimus multa, quæ in presentiarum bona videntur: post inventa, & multa amplius aliusmodi, atque ante visa essent. Priscian. lib. 13. qui etiam lib. 8. refert, quod idem Fannius, (non παρρησιός, ceu Vossius de H. L. l. 1. c. 7. voluit,) sed nude dixerit, adipiscuntur, ἐπιτορχανονται.* (2) Ex aliis *Annalium* libris nihil extat usq; ad octavum: ex octavo autem eorum *Sospater Charisius lib. 1.* pauca ista adduxit: *Domina ejus, ubi ad villam venerat, jubebat biber (leg. piper) dari.* (3) Ex primo *historiarum* libro. *Servius Tullius Rex populi Romani cum illas quinq; classes juniorum census faciendi gratia institueret, pueros esse existimavit, qui minores essent annis septemdecim, atq; inde ab anno XVII. quos idoneos jam esse Reipublicæ arbitratur,*

milites scripsit, eosq; ad annum quadragesimum sextum juniores, supraq; eum annum seniores appellavit. Gell. l. 10. c. 28. (4.) Ex secundo & tertio historiarum libro nihil extat, ex quarto tamen Charistus l. 2. produxit ista: *Inimiciter irascendum non est.* (5) Ex aliis historiarum libris nihil extat usque ad decimum quartum, ex quo Nonius de contrariis generibus verborum citavit hæcce: *Pars omnis luxuriabat.* (6) Ex incerto historiarum libro: *Bello Punico primo Attilius Regulus COS. in Africa castris apud Bragadam flumen positis, prælium grande atq; acre fecit, adversus unum serpentem in illis locis stabulantem inusitata immanitatis: isq; magna totius exercitus conflictatione balistis atq; catapultis diu oppugnatus est, ejusq; interfecti longum corium pedes centum & duodecim Romam misit.* Gell. l. 6. c. 3. *Attilius Regulus rediit Carthaginem, novisq; exemplorum modis excruciatu est à Pœnis. In atras & profundissimas tenebras eum claudebant: ac diu post, ubi erat visus Solis ardentissimus, repente educabant, & adversus ictus Solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant, palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.* Gell. l. 6. c. 4. (7) Liv. lib. 4. decad. 1. *An. Urb. 319. fuerunt consules M. Manlius & Q. Sulpitius.* (8) Ex lib. ad C. Oppium: *Si generalis species occurrit,* Gell. l. 7. c. 9.

XIX.

Annales Fannianos à Bruto fuisse in compendium redactos Cicero ad Attic. lib. 12. epist. 5. tradidit hisce verbis: Conturbat me epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitoma Fannianorum? scripsi, quoderat in extremo: idque ego secutus hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Lelii: sed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus & Fannius. Uti autem Manutius præcedentes has voces, (Epitome Bruti Fanniana,) ut otiosas, & eorum quæ sequuntur glossema recte ex h. l. sustulit, ita minime is audiendus erit, cum in Commentariis suis exposuit, epitomen rerum à Fanniis gestarum, vel, quæ in Fannia gente memoria dignæ acciderunt. Siquidem non tantum in verbis seqq. Cicero dixit, se
secu-

secutum esse Fannium qui scripsit historiam, sed etiam libri Annalium & Historiarum à Fannio scripti, sine dubio prolixiores, in compendium, ex more illorum temporum, redacti fuerunt.

XX

Judicia de Fannio reperire licet per pauca, partim quod vetustioribus monumentis temporis edacitate absumtis eadem simul perierint, partim quod fragmentorum adhuc superstites particulæ recentioribus Autoribus levem admodum judicandi occasionem subministrant. Producam tamen, quæ hac vice mihi succurrunt: (1) *Cicer. in Bruto*: C. Fannius & moribus, & ipso genere dicendi durior. *Id ibid.* C. Fannius instituto Lælii Panætium audiverat: Ejus omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non in eleganter scripta perspicitur potest: quæ neque nimis est infans, neque perfecte diserta. (2) *Salust. hist. l. 1.* de historicis judicium ferens, Catoni quidem breviter tribuit, Fannio autem veritatem. (3) *Marius Victorinus in lib. 1. de Inventione, cap. eo, quo de Narratione tractat*: Historia, inquit, & brevis esse debet in expositione, & aperta, & probabilis. Ut Salustius sibi omnia in Catilina tribuit, quam verissime poterit, paucis absolvam: cum aliis historiographis singula tradidisset in libro primo historiarum: Catoni breviter, Romani generis disertissimus paucis absolvit: Fannio vero veritatem. (4) *Gerh. Jo. Voss. de H. L. lib. 1. c. 7.* Utcunque exilis foret Fannii stylus, magna tamen illa ejus laus erat, quod Salustius veritatem ei tribuit. *Idem loc. cit.* Scripsit Fannius historiam, qua nomen sibi in primis peperit: dicendi tamen genere durior erat patrie suo. (5) *J. J. Hofmann. in Lexic. Univers.* C. Fannius quæstor fuit, historiâque scriptâ celebris, is & moribus & ipso dicendi genere clarior, sed puto legend. durior, juxta *Cicer. loc. cit.*

XXI

Editiones, Versiones & MSS adduci nequeunt, Operibus Fannianis deperditis: Fragmenta tamen adhuc superantia *Riccobonus* dicto in libro, à pag. 426. ad pag. 431. conservare studuit, quæ

etiam *preced. §. 18. hujus Diss.* inde transfumta, cujuslibet lectioni exposita sunt.

XXII.

Totum *Vitæ Fannianæ* cūriculum in compendio retulit *Vinand. Pigh. anal. Rom. Tom. 2. fol. 501.* C. Fannius M. f. M. n. Strabo, gener C. Lælii Sap. cujus minorem filiam duxerat, ut in Bruto demonstrat Cicero. Is studiosus & doctus ex soceri instituto Panætium audierat: moribus tamen & ipso genere dicendi durior. Historiam non inelegantem scripsit, cū militiam juvenis aliquandiu secutus esset sub P. Scipione Æmiliano in Africa, & sub Q. Fabio Max. Serviliano in Hispania, quemadmodum Plutarchus in Gracchis & Appian. in Iberic. memoriæ prodiderunt. Ejus Annales citantur à *Cic. in epist. ad Att. l. 12. & de Orat. l. 2. de P. Æmiliano.* Atque eosdem M. Brutum redigisse postea in epitomen, idem *Cicero ad Attic.* scribens indicat. Ad *Præturam* usque Fannium hunc pervenisse, colligimus ex Josepho. Hæc *Pigh. loc. cit.*

XXIII.

Quo speciatim *vel morbi genere, vel mortis tempore* Fannius esse desierit, haud proelive adeo fuerit dictu, seculo tamen uno circiter ante C. N. id contigisse, verisimile vel ideo videri possit quod circa finem seculi ante C. N. secundi natus is à quibusdam esse statuitur.

Gratulor En Studiis, ô MAYR! quem pulpita docta
scandens egregiè defendis? FANNIVS hic est.

Perge, velut pergis: MI MAYR, sic itur ad astra.

■ Gratulor En studiis! Musis quoque gratulor almis!

Hæc pauca D^N. RESPONDENTI, Con-
tubernali suo dilecto addere voluit.

C. G.



CATALOGUS
VARIORUM
LIBRORUM ET DISPUTATIONUM
IN OFFICINA LIBRARIA
HÆREDUM JOH. DAN. TAUBERI,
NORIBERGÆ
JUSTO PRETIO VENALIUM.

A. M. DCC. XXV.

- P.** Ovidii *Nasonis* Metamorphoseon Libri V. figuris æneis CL. olim à peritissimo quodam Pictore illustrati, nunc in usum artificum, quam studiosæ juventutis denuo exhibiti. obl. fol. *Noribergæ.*
- Von der Ketten *Joannis Michaelis* Apelles Symbolicus exhibens seriem amplissimam Symbolorum, Poetisque, Oratoribus, ac verbi Dei Prædicatoribus conceptus subministrans varios II. Voluminibus 8. *Amstelodami & Gedani* 1699.
- D.** Junii Juvenalis *Aquinatis* Satyræ, cum *Scholiis Veterum*, & *Commentariis* integris, Selectis & conquisitis fere omnium *Eruditorum*; Accedit *Auli Persii flacci* Satirarum Liber. *Isaacus Casaubonus* recensuit, & *Commentario Libro* illustravit. Editio novissima, auctior & emendatior ex ipsius Auctoris codice: cura & opera *Merici Casauboni Isaaci Fil.* 4. *Lugduni Batavorum apud Petrum van der Aa*, 1695.
- Titi Petronii *Arbitri* Satyricon quæ supersunt cum integris *Doctorum Virorum* Commentariis; & *Notis Nicolai Heinsii & Guilielmi Goessii* nunc primum editis. Accedunt *Jani Doussæ* Præcidanea, *D. Job. Ant. Gonsalii & Sales* commentata, variæ *Dissertationes & Præfationes*, curante *Petro Burmanno* 4. *Trajecti ad Rhenum Apud Guilielmum vande Water* 1709.
- Salviani Massiliensis* Opera ad *Ludovicum XIII. Franc. & Navaren. Regem Christianissimum* curante *Cunrado Rittershufio* JC. qui & *Librum* Commentarium adjecit 8. *impressa Alt dorfii in Academia Reip. Norimbergensis, Apud Conradum Agricolum* 1611. *Altorfii impensis Cunradi Rittershufii.*
- Ejusdem Operum Tomus Alter, in quo sunt Libri Quatuor adversus *Avaritiam*. *Ad illustriss. Principem Philippum II. Stetini Pomeraniæ Ducem, Sc.* Recensente & impressionem procurante *Cunrado Rittershufio* 8. 1611.
- Ris-

Rittershusii Cunradi Liber Commentarius in Salvianum Massiliensem: ad Universitates atque Academias Germaniæ. 8. Impressus Altorfii in Acad. Norimbergensi 1611.

Gentilis *Scipionis* Juriscons. in *L. Apuleii Philos. & Advocati Rom.* Apologiam, qua se ipse defendit publico de *Magia* judicio, Commentarius. Cum indice duplici auctorum rerum locupletiss. 8. *Hanovia* Apud *Claudium Maranium, & haeres Joan. Aubrii* 1607.

Roth-Scholtzii *Friderici* Icones Eruditorum *Academix Altdorfinae*, id est, Omnium Procancellariorum & Professorum, qui à condita Academia Altdorfina in omnibus Facultatibus floruerunt, eandemque ad hunc usque diem ornarunt. fol. *Noribergæ & Altdorfii* 1714.

Ejusdem Icones Consiliariorum de illustri Reput. & Noribergensi optime meritorum, qui ab anno M. CCC. LXVI. ad hunc usque diem claruerunt, ex Monumentis, Numis, Plasmatis, Cereis, Tabulisque item Pictis & *Æneis* hinc inde collectæ fol. *Noribergæ & Altdorfii* 1724.

Ejusdem Icones Virorum omnium Ordinum Eruditione omnique item genere & varietate Artium de Republica Litteraria, & Speciatim de *Academiis & Gymnasiis* totius Europæ ab aliquot Seculis ad nostra usque tempora optimemeritorum hac *Prima Parte* Collectæ fol. *Noribergæ & Altdorfii* 1725.

Ejusdem Icones Virorum Erudit. *Secunda Pars*, fol. *Noribergæ & Altdorfii* 1725.

Kœleri *Jo. Davidis*, *Histor. & Polit. P. P. & Biblioth. Univers. Altdorf* Specimen Archeologiæ Romanæ, Resp. *Augustinus Kober*, *Lipsiens. Misn.* Altdorfii d. April 1707. pl. 3½.

Ejusdem de Vanitate Prognosticorum Politicorum, Resp. *Georgius Christoph. Erlabecius*, *Noribergensis*, Altdorfii d. Dec. 1711. pl. 7.

Ej. Diff. secunda de Prognosticorum Politicorum Vanitate, Resp. *Conradus Fridericus Feuerlinus* *Norimbergensis*, Altdorfii d. Febr. 1712. pl. 7.

Ej. de Intellectu Pur. Resp. *Sigismundus Jacobus Apinus*, *Hersbrucco-Noricus* Altdorf. d. Jun 1711. pl. 5.

Ej. Disquisitio de inclyto Libro Poetico *Theuerdank*, A & Resp. *Heinrich Gottlieb Titz*, *Vratislaviensis*, Altdorfii d. Mart. 1714 pl. 7.

Ejusdem Editio nova & auctior inprimis triplici Clave Libri hujus Poetici *Pfintzingiana*, *Franckiana* & *Schultesiana*. 4. Altd. 1719. pl. 12. item ¼ fig.

Ej. de

- Ej. de Pædantismo Didactico *Pythagoræ* ratione silentii, Resp. *Georg. Fridericus Deinlinus*, Altdorfii d. 24. Jun. 1714. pl. 3.
- Ej. Programma de Historia Pragmatica ad lectiones suas publicas & Orationem de Dissensu Historicorum, 4. Altd. 1714. pl. 1.
- Ej. de Modo Numerandi Populum, Resp. *Fridericus Erasmus Krafft*, Sultzbergensis, Altdorfii d. 18. Jun. 1715. pl. 4.
- Ej. de Philosophia Marci Aur. Antonini Aug. Resp. *Ambrōsius Scheumederus*, Norimbergensis, Altdorfii d. 18. Jun. 1717. pl. 6.
- Ej. de Johanne Rokyczana famoso Calixtinorum in Bohemia Pontifice, ad illustrationem Historiæ Hussiticæ, Resp. *Johannes Oswaldus*, Eubachio-Noricus, Altdorfii d. 20. Jun. 1718. pl. 5½.
- Ej. de Nicolao Drabicio neopropheta in Hungaria delirante & turbulento, Resp. *Otto Fridericus Grünenberg*, Germania-Samländ. Pruffus, Altdorf. d. 27. Jan. 1721. pl. 2½.
- Ej. de Familia Augusta Franconica, Resp. *Carolus Gustavus Fürer*, de Haimendorf & Wolkersdorf Altdorfii d. 25. Septembr. 1722. pl. 11½.
- Ej. Disquisitio historica de Pribezlao sive Henrico Rege Brandenburgico Resp. *Georgius Ludovicus Wilhelmus Frobenius*, Onoldinus, Altd. d. Jun. 1723. pl. 3.
- Czvittingeri *Davidis* Specimen Hungariæ Literariæ Virorum Eruditione clarorum natione Hungarorum, Dalmatarum, Croatarum, Slavorum, atque Transylvanorum, Vitas, Scripta, Elogia & Censuras ordine Alphabetico exhibens. Accedit *Bibliotheca* Scriptorum qui extant de Rebus Hungaricis. 4. Altdorfii 1715. 2. Alph. pl. 17.
- Zeltneri (*D. Gustavi Georg.*) Breviarium Controversiarum cum *Enthusiasticis & Fanaticis* ad huc Agitatarum ad modum *Breviarii Controversiarum cum Remonstrantibus* adornatum & Præfatione Historica instructum 8. Lipsi. 1724.
- Ejusdem Breviarium controversiarum cum *Remonstrantibus* Agitatarum, ad modum *Schmidianorum* pauloque Fusius adornatum, cum Præfatione Historica. 8. Norib. & Altdorf. 1719
- Ej. Vitæ Theologorum Altdorfianorum à condita Academia omnium unæ cum Scriptorum Recensu plenius & accuratius ad Historiæ Ecclesiasticæ & Literariæ usum descriptæ. *Additis Singulorum Imaginibus ære expressis.* 4. ibidem. 1722.
- Ej. Adolescentia Reipublicæ Israelitarum, seu de Judicum temporibus hisque proximis in I. Reg. VI. 1. & Act. VIII. 20. Exercitatio. 8. ibidem 1720.

- Schwartii, *Christian Gottl. Comit. Palat. Caf. Mor. Orator. & Poef. Prof. Publ. Beneficiar. Noric. Inſpect. & ord. Phil. Sen.* Diſquiſitio I. Problematum Juris Naturæ & gentium, Reſp. *Job. Maur. Fichtnerus, Phil. & Jur. Cult. Altdorfii* d. 4. Febr. 1722 pl. 2 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Diſquiſitio III. Reſp. *Andreæ Goetz, Norimbergensis, Altdorfii* d. 12. Febr. 1723. pl. 2 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Controverſiarum Juris Naturæ & gentium ex Hiſtoria Græca illuſtratarum Specimen I. Reſp. *Job. Joſephus Mulnerus Norimbergensis, Altdorf.* d. 4. Maij 1711 pl. 4.
- Ej. Specimen II. Reſp. *Johannes Chriſtoph. Hæger, Norimbergensis, Altdorfii* d. 8. Octobr. 1711. pl. 3 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Specimen III. Reſp. *Johannes Herdegen, Norimbergensis Altdorfii* d. Apr. 1713 pl. 5 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Specimen IV. Reſp. *Johannes Oswald, Eubachio-Noricus, Altdorfii* d. 17. Martij 1718 pl. 5.
- Ej. Diſput. I. de Ornamentis Librorum apud veteres uſitatis, Reſp. *Conſtantineus Benj. Meefe, Leiſniga-Miſnicus, Altdorfii* Cal. Febr. 1705. pl. 3 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Diſput. III. de Ornam. Libr. apud veteres uſitatis, Reſp. *Chriſtophorus Stephanus Kazauerus, Heroldsberga Noricus, Altdorfii* Cal. Febr. 1711. pl. 4.
- Ej. de Morte Achitopolis ex 2. Sam. XVII. v. 23. Reſp. *Wolf Caſpar Gerhardus, Rauſſa Sileſius Wittenb.* d. 14. Jan. 1704. pl. 4.
- Ej. de Limitibus Pietatis Liberatorum, erga parentes, Reſp. *Job. Chriſtoph. Oeſſerlinus, Norimbergensis, Altdorfii* d. 8. Julij 1710. pl. 8.
- Ej. de Sortibus Poeticis, Reſp. *Georg. Chriſtop. Eichlerus, Noricus, Altdorfii* d. 21. Junij 1712. pl. 4 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Exercitatio Academ. de Affectuum Morali Æſtimatione, Reſp. *Auguſt Gottlob. Petermann, Lipſienſis, Altdorf.* d. 10. Octobr. 1713. pl. 5 $\frac{1}{2}$.
- Ej. - - - de Auguſtorum Cæſarumque Rom. Tribunicia Potestate, Reſp. *Goſofred. Gravius Lipſienſis, Altdorfii* d. 13. Apr. 1715. pl. 5.
- Ej. de Collegio Utriculariorum ad illuſtrand. Vet. inſcript. Reſp. *Friſidericus Pfund. Norimberg.* Altdorfii d. IV. Non. Febr. 1714. pl. 3 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Fatis Vocum Quarundam, Reſp. *Vitus Hieron. Regenfus Norimbergensis Altdorfii* d. VI. Octobr. 1714. pl. 4.
- Ej. de Inſignibus Ordinis Equeſtris Veterum Roman. Reſp. *Job. Jacobus Haller, ab Hallerſtein in Buckenhoff & Weyershaus, Altdorfii* d. 24. Septembr. 1715. pl. 6.
- Ej. de Ornamentis Codicum Veterum, Reſp. *Philipp. Ludovicus Huſh, Norimbergensis, Altdorfii* d. 3. Apr. 1716. pl. 6.

Ej. de

- Ej. de Abusione Abstractionis Metaphysicæ in Doctrina Morum, Resp. *Georg. Christoph. Feuerlinus Norimbergensis*. Altdorfii d. 11. Jun. 1717. pl. 4 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Libris Plicatilibus Veterum, Resp. *Job. Ignatius Vollandus Poppenreutha Noricus*. Altdorfii d. 18. Decembr. 1717. pl. 3.
- Ej. de Jure Victoris in res devictorum incorporales, Resp. *Job. Jacobus Pel-lerus, de Schoppershoff*. Altdorfii d. 26. Martii 1720. pl. 6 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Jure Italico, Resp. *Georg. Fridericus Wælcker, Norimb.* Altdorfii d. 16. Octobr. 1720. pl. 5.
- Ej. Exercitatio Academica, de Numeranda tribunitia potestate Augustorum Cæsarumque Rom. Resp. *Job. Georg. Gravius, Lipsiens.* Altdorfii d. 26. Aug. 1721. pl. 7.
- Ej. de tempore ludorum sæcularium sub Philippis Augustis celebratorum, Resp. *Jo. David, Ellrodus, Weidenbergæ-Bayrutbinus*. Altdorfii d. 22. Jun. 1723. pl. 4 $\frac{1}{2}$.
- Zeltneri (*Job. Conrad.*) Theatrum Virorum Eruditorum qui speciatim Typographiis laudabilem operam præstiterunt. Præmissa est Vita Zeltneri descripta per *Fridericum Rosb-Scholezius*, 8. Noribergæ 1720.
- Waldstromeri de Reichelsdorf, *Christoph. Jacobi* Oratio de Curiis Regiis Comitibusq. ante Sanctionis Carolinæ tempora Norimbergæ celebratis, in incluta Academia Altdorfina A. R. S. M. DCC. XXII. d. XXII. Maij publice habita, 4. Typis *Jod. Guil. Kobleffs Acad. Typogr.*
- DANIELIS GUILIELMI MOLLERI**, Dissertatio de Malachia Propheta Pontifilio, Resp. *Johannes Jacobus Pfizer, Norimbergensis*, Altdorf, d. 17. Jun. 1706. pl. 4.
- Ej. Lamprandologia Norimbergensis, Resp. *Georg. Jacobus Schwindel, Norimbergensis* Altdorfii d. 13. Febr. 1713. pl. 2.
- Ej. Lamprandologiæ Norimbergensis Disp. III. de Leonhardo Wurffbainiano, Resp. *Job. Tob. Wurffbain, Norimbergensis*, Altdorfii d. 4. Octobr. 1710. pl. 2 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Mose Philosopho Resp. *Georgius Jacobus Schwindel, Norimbergensis*, Altdorf. d. Jun. 1707. p. 4 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Quatuor Evangelistis. Resp. *Johannes Nicolaus Fleischer, Ipsheimio-Francus*, Altdorf. d. 19. Jun. 1699. pl. 4.
- Ej. Argumentum Cartesii pro existentia Dei probanda ex idea innata defunctum, & ab objectionibus liberatum, Resp. *Georgius Andreas Willius Velda-Noricus*, Altdorf. d. III. April. 1710. pl. 6 $\frac{1}{2}$.
- Ej. Mare Masorethicum infidum, Resp. *Johannes Iser, Wermelandia-Suecus*, Altdorf. d. 6. Jul. 1708. pl. 5.
- Ej. de Memphisæria, Resp. *Johannes Adamus Tresenreuther, Neostad, ad Binn, Culm, Franc. SS, Theol, Cult, Altdorf*, d. 14. Jun. 1702. pl. 3.

- Ej. de Typographia, Resp. *Georg. Christoph Schultheiß, Norimbergensis*, Altdorf. d. 3. Decembr. 1692.
- Ej. de Amazonibus, Resp. *Johannes Georgius Freymann, Seinsbemia-Francus*, Altdorf. d. 16. April. 1692. pl. 1 $\frac{1}{2}$.
- Ej. An candat in Deum potentia passiva, Resp. *Gustavus Philippus Mörl, Norimbergensis*, Altdorf. d. 11. Jun. 1692. pl. 1 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Veritate rei, Resp. *Job. Michael Langius, Ezelwangenf.* Altdorf. d. 7. May 1687. pl. 8.
- Ej. de Philosophia effectiva, Resp. *Leonardus Christophorus Sturmius*, Altdorf. d. Jun. 1688.
- Ej. de Cognitione sui, Resp. *Carolus Görtsch, Norimbergensis*, Altdorf. d. May 1698. 4 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Perennibus Veterum Lucernis, Resp. *Johannes Christophorus Sonntag, Oppurgo-Variscus*, Altdorf. d. 21. April. 1705. pl. 2 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Hispania, Resp. *Leonhartus Popp, Norimbergensis*, Altdorf. d. 27. Jun. 1703.
- Ej. de Artifice summi naturæ opificis æmulatore, Resp. *Jacobus Andreas Dietericus, Ermentbo-Francus*, Altdorf. d. 17. Jun. 1697. pl. 3.
- Ej. de Scytala Lacedæmoniorum, Resp. *Georgius Casparus Klauer, Schleusinga-Hennebergicus*, Altdorf. d. Jun. 1695. pl. 5.
- Ej. de Ethico perfecto, Resp. *Christianus Sonntag, Oppurgensis*, Altdorf. d. 13. May 1699. pl. 2.
- Ej. de Jobeleo Lutheranorum, Resp. *Gottofredus Winger, Cizensis*, Altdorf. d. 19. May 1700. pl. 4 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Monachorum origine, incremento, & decremento, Resp. *Tobias Münch, Norimbergensis*, Altdorf. d. Jun. 1700. pl. 5 $\frac{1}{2}$.
- Ej. de Expeditionibus cruciatis, vulgo *von Creutzfabren*, Resp. *Georg. Christoph. Müller, Norimbergensis*, Altdorf. d. 10. Jun. 1709. pl. 5.
- Ej. de Mathefi Barbarica, Resp. *Georgius Samuel Esenbeccius, Cazwangenfis*, Altdorf. d. 21. Jun. 1711. pl. 3 $\frac{1}{4}$.
- Ej. Programma, in formâ Dissertationis, de Præparatione Abiturientium in Italiam. 4. *Altdorfis Litteris Henrici Mayeri. Univers. Typogr.* pl. 15.
- Ej. Manus Lædens Eademque Sanans, sive Ostensio, *Johan. Fabricium, S. Theol. Prof. Publ. à M. Dan. Guil. Mollero, Posoniensi Hungaro, Histor. & Metaph. itidem Prof. Publ.* in Programmate ipsius in forma Dissertationis de Præparatione Abiturientium in Italiam, d. 10. April. publicè affixo, turpis & periculosi erroris accusari quidem, sed ab Eodem etiam litteris biduo post scriptis inde absolvi. 4. *Altdorfis Typis Johannis Henrici Schönnerstäds* 1679, pl. 2 $\frac{1}{2}$

F I N I S

